



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

**Illvstri Regi Francorum.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

ex sedis Legatum quasi pacis & salutis angelum destinemus, virum utique gratum Deo, & acceptum hominibus, quem inter alios fratres nostros merito sue religionis & honestatis speciali diligimus caritate, universitatem vestram rogandam duximus & monendam, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus eum recipiatis benignè ac honestè tractetis, ipsius monitis & mandatis humiliter intendentis, ut bonum pacis tam regno quam sacerdotio maxime necessarium feliciter consummetur, scientes quod cum per eum illustris Rex vester iuxta mandatum nostrum fuerit absolutus, omnimodam ei gratiam & plenum intendimus exhibere favorem, Vnde volumus & mandamus ut vos ei fidelitatem devotam & fidelem devotionem exhibere cunctis, ad defensionem & exaltationem ipsius regni prudenter & patenter assistentes eidem, Datum Laterani 11. Non. Iulij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*ILLUSTRI REGI  
Francorum.*

Rp. 83.  
De canticis re.

Cum pro reconciliatione Regis ac regni venerabilem fratrem nostrum Episcopum Tusculanum, virum Deo gratum, & acceptum hominibus, quem inter alios fratres nostros merito sue religionis & honestatis speciali diligimus caritate, in Angliam destinemus, & expedire credamus quod inter te ac Regem Angliae pacis federata reformatur, serenitatem tuam rogandam duximus & monendam quatenus super hoc intendas humiliter monitis & consiliis ejusdem Legati, ut preces & motiones apostolicas, sicut haec tenus fecisse dinoscens, nunc etiam admittere compaberis; ita quod devotio tua semper ad secundum apostolicam devotor approbetur, Datum Laterani 11. Non. Iulij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*ARCHIEPISCOPO SENONENSI.*

Tp. 84.  
De iudeo ad fidem Christi conversione.

Perante illo qui semper suam fecundat Ecclesiam nova prole, dilectum filium N. latorem praesentum, qui ad nos de partibus tuis Iudaeus acceperat, ad te remittimus Christianum, cuius conformatio modum & ordinem, quia delectat Dei magnalia enarrare, praesenti pagina secundum quod accepimus ab eodem duimus inferendum. Nuper igitur in domo patris ejusdem habitabat quedam mulier Christiana, qua a catholica fide adeo facta fuit Iudeis sedentibus aliena ut constanter affereret, erroris Iudaici tenebris

obvoluta, quod Christus sibi nec prodecere poterat nec obesse, ac tantum valere panem de cuiuslibet mensa sumptum quantum Christianorum hostia quæ sumitur in altari. Haec pœnam incurrire metuens si fidem Christi publicè abnegaret, in festo resurrectionis dominicae tunc instantis ad Ecclesiam cum Christianis accessit, & acceptam eucharistiam, ac reservatam in ore, in manu patris prædicti N. qui tunc Isaac vocabatur projiciens, in hæc verba prorupit: *Ecce salvator meus, ut afferunt Christiani.* Qui cum in quadam pyxide vacua, quam habebat in arca, reponere vellet illam, idem, quodam ad ostium suum interim vocante, formidans ne inveniretur caſu fortuito apud ipsum, in alia pyxide, in qua erant septem librae Parisientes, ipsa nescienter præ festinatione deposita, pulsanti ostium referavit. Cum expeditus ab eo rediueret ad arcam, & in pyxide vacua, in qua se dictam hostiam posuisse credebat, non inveniret eandem, inspecta reliqua, in qua pecuniam posuerat antedictam, eam non utique denariis, sed hostiis, vidit plenam. Amicos igitur stupefactus & trepidus convocavit, & eis revelans per ordinem supradicta, coepit in eorum praesentia hostias vertere cum festuca, ut illam quam viderat aliquantulum humectatam, cum tradita sibi fuit, ab aliis segregaret, sperans denarios ad naturam redire propriam, hac amota. Quo eam discernere ab aliis non valente, circumstantes magnitudinem divini miraculi advertentes, deliberauerunt ad fidem accedere Christianam. Sed alii cum Abraham pueris expectantibus, idem N. nobili viro regio Marescallo uxorem suam filiosque commendans, & rogans eundem ut eos omnes faceret baptizari, ad nostram duxit praesentiam ascendendum; quem post multas collationes super lege ac Prophetis habitis cum eodem venerabilis frater noster Tusculanus Episcopus diligenter instructum in fide catholica baptizavit. Cum igitur hujusmodi nova plantatio non solum rore doctrinæ riganda sit, sed etiam temporalibus beneficiis nutrienda, ut ei Dominus tribuat incrementum, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus quatenus ei ac familiæ suæ ad fidem Christianam conversæ taliter facias in vita necessariis provideri quod pro defectu temporalium retro aspicere non cogantur vel propter hoc ad secundum apostolicam denuo laborare; inquisitoris super præmisso miraculo plenius veritatem, & eam nobis fideliter rescriptu-

G G g g ij